



Nobilissime et Perillustri VIR,

Iram tuam si merui, tristissimus sum. Saevum no-  
minas? errore fui: iniquum? amore. Quid igitur?  
ut ignoscere velis, confitentem habes reum. Homini et  
amico Benefacere studui; et in Deum, Musarumque de-  
licium peccavi. Nescivi, ut ingenie dicam, adjuvante  
esse quod petii: nescivi me peccare. Nunc vero,  
quia mitiorem errori meo et amori viam aperis, rogo  
ut Sane inire sine saevitiae aut iniquitatis nota liceat.  
Idem Beneficium erit, sive saepius, sive semel CNOB-  
BARVS accipiet, quod debet semper. Ut fluant tem-  
pora, nullum tamen, nisi unum ac praesens est, quod  
cum spatii suis limitatur, extendi potest. Humanis-  
sime sic quidem cum CNOBBARO, et sic mecum ages.  
Cum ille ad vos veniet (veniet enim et mea causa)  
videbor ipse frui securitate, ac proficisci. Venient  
libri mei, pars magna mei; quos profecto et suos ap-  
pellare CNOBBARVS potest, quia nitidissimis typis  
suis adornat, et publicos facit. Si ingenium igitur  
meum amas, quod bono saltem conatu assurgit; ama  
Soc instrumentum ingenii mei, et a prima foetura Pur-  
puram, quae iam sub proelo est, exspecta. Regium et  
dignissimum veneratione Landavi juvenem, Principem

Hug. 37.

verè Purpuratum. Amabis encomium, qui singulari  
Sumanitatis tuae gemo, etiam in Soste virtutem amas;  
vitium ne in amico quidem ferre potes. Ne aculeos  
extimescas, alium esse muricem cogita, aliam purpuram.  
Siquid sic ignis est, solâ luce allabescit. Quod filio  
meo IVSTO CAECILIO, et filiae EVGENIAE tam Ge-  
nignè favere paratus es, gratiam toto scribo pectore.  
Ille adiunget literas suas, titulosque necessarios  
explicabit. Vale VIR SUMME, et me amare perge.  
Lovanii, in Arce, IV. Eid. Januarij, MD. CCC. XXXV.

Ingenii et Sumanitatis tuae  
admirator et cultor

E. Puteanus. 3

as;  
s  
ran.  
;  
Se.  
re.



*[Faint, illegible handwriting in a historical script, possibly Latin or Dutch, covering the upper portion of the page. The text is mirrored across a central vertical fold.]*

Perilluſtri. Nobiliſſimique Viro  
Domino CONSTANTINO HUYGENIO,

Regi,

Principi Auricaco à Conſulys et  
Secretis.

Hagae.

Hug. 37.